

PEDRO IV DE ARAGÓN Y LA TIERRA SANTA

INSTRUCCIÓN DE LA EMBAJADA DEL AÑO 1361 AL SULTÁN DE EGIPTO

Nos maravilla hoy algún tanto ver como cristianos y mahometanos — nos referimos a lo que nos dicen los documentos de los reyes de Aragón y del sultán de Egipto — mientras por una parte luchaban entre sí acérrimamente por sus creencias religiosas y se tenían por implacables enemigos, por otra, en cambio, se ponían fácilmente de acuerdo para el ejercicio de las respectivas religiones en los países de uno y otro. Merece especial atención la actividad diplomática de los dos pueblos en dicho sentido, señaladamente porque nos enseña que los reyes de Aragón se consideraban los representantes de toda la cristiandad y, paralelamente, los sultanes de Egipto tomaban por su cuenta la defensa de los intereses de todos los musulmanes, realidad que nos muestra, al mismo tiempo, la formidable potencia política de los dos señores del occidente y oriente del mar mediterráneo.

Los documentos latinos y catalanes sobre embajadas aragonesas enviadas a Oriente nos son conocidos ya en gran parte por las publicaciones de Finke¹, Rubió y Lluch², y Golubovich³. Recientemente han sido dados a luz nuevos escritos sacados del Archivo Vaticano⁴. Un gran servicio ha prestado singularmente A. S. Atiya con la edición de las respuestas en lengua árabe del sultán al-Nāsir Nāsir-al-Din Muhammad a los reyes Jaime II y Alfonso IV de Aragón⁵. Las respuestas posteriores de los sultanes dirigidas a

¹ H. FINKE, *Acta Aragonensia*, II (Berlín 1908) págs. 744 ss.; III (1922) págs. 513 s., *Nachträge und Ergänzungen zu den Acta Aragonensia*. "Spanische Forschungen der Görresgesellschaft" 4 (Münster i. W. 1933) 487 ss.

² A. RUBÍO I LLUCH, *Documents per l'història de la Cultura Catalana mig-aval II* (Barcelona 1921) 341 s.

³ G. GOLUBOVICH, *Biblioteca bio-bibliografica della Terra Santa e dell'Oriente francescano*, III, págs. 73-85, 185-187, 309-318.

⁴ J. VINCKE, *Documenta selecta mutuas civitatis Arago-Cathalaunice et ecclesie relaciones illustrantia* (Barcelona 1936) págs. 347 s., 413, 491-493.

⁵ A. S. ATIYA, *Egypt and Aragon. Embassies and diplomatic correspondence between 1300 and 1330 A. D.* "Abhandlungen für die Kunde des Morgenlandes" tom. XXIII 7 (1938).

Pedro IV y Juan I, según parece, se han perdido. Por esta causa tiene mayor interés el que se hayan conservado en su mayor parte los escritos de estos dos monarcas enviados a los sultanes.

La instrucción del rey Pedro IV para la embajada del año 1361 al sultán de Egipto, que vamos a publicar, procede de la herencia literaria dejada por el maestro Enrique Finke, que la encontró y transcribió — como tantas otras importantes piezas documentales — en el Archivo de la Corona de Aragón, y que estaba preparando para darla a la imprenta cuando el día 19 de diciembre de 1938 le sorprendió la muerte con su laboriosa pluma en la mano. Es, pues, el último saludo de uno de los más fieles colaboradores de los "Analecta sacra Tarraconensia" a los lectores de esta revista para la cual aun a los 81 años de edad escribió un sustancioso artículo sobre Mosén Borra ⁶.

Dicha instrucción diplomática aventaja en interés a las demás por la multitud de pormenores que contiene. En la mayor parte de las embajadas parecidas, los monarcas aragoneses presentaban al sultán reinante toda una serie de muy diversas súplicas y deseos. Se trataba principalmente de la liberación de prisioneros cristianos, de la traslación de reliquias desde Oriente a la península ⁷, de la protección de los peregrinos a Tierra Santa y de los barcos en el mar, de suerte que la solicitud o cuidado por los santos lugares de Jerusalén y Belén aparece en ellas sólo como un anillo de los muchos de una larga cadena. Nuestra instrucción, en cambio, trata exclusivamente de este único punto y es tan rica en pormenores que, aun siendo tan numerosos los informes que poseemos sobre peregrinos de aquellos siglos, aporta algo nuevo y de gran valor.

No vamos ahora a examinarla minuciosamente, ya que habrá de ser estudiada, como se merece, en un amplio trabajo de conjunto que no tendría cabida en este lugar. Digamos solamente que los deseos del rey no fueron atendidos en la medida que había creído. Los cristianos de Tierra Santa, especialmente los "de la sentura" (cintura) que eran súbditos del sultán, no se dejaron arrebatar las ventajas que les procuraba la situación privilegiada

⁶ H. FINKE, *Mossen Borra in Deutschland*. "An. Sac. Tarrac." 12 (1936) 149-160.

⁷ Cf. J. VINCKE, *Die Gesandtschaften der aragonischen Könige um die Reliquien der hl. Barbara* "Historisches Jahrbuch" 60 (1940) en prensa.

de que gozaban. Probablemente influyó también en ello la concurrencia de Francia, que, al mismo tiempo que Aragón, luchaba por la supremacía del derecho de Patronato en las cuestiones eclesiásticas de Oriente.

Nos hallamos en el estadio de la lucha por el predominio que en definitivas cuentas tenía su fundamento en los intereses políticos contradictorios de ambos países cristianos.

JOHANNES VINCKE

Braunsberg i. Ostpr., febrero 1940.

1

Barcelona, 23 enero 1361.

Carta del rey Pedro el Ceremonioso al sultán de Egipto al Nāsir Nāsir-al-Dīn-Hassan recomendándole atienda las peticiones contenidas en los capítulos que le presentará su embajador, el cónsul de Alejandría.

Illustrissimo principi Soldano Babilonie Petrus etc., salutem et prosperos ad vota successus. Magnifice princeps, ad vestram memoriam comemoracione gratissima reducentes, qualiter olim illustris soldamus genitor vester volens preces nostras favorabiliter exaudire et de nobis pre ceteris christianorum mundi principibus ostendere graciousum, concessit nobis ex sua liberalitate loca illa sanctissima ubi est sepulcrum Domini nostri Iesu Christi in Iherusalem et nativitatis sue in Bethleem, tanto confidentius vestre serenitati dirigimus preces nostras quanto vestram magnificentiam velut liberali genitore et magnifico succedentem liberaliorem et magis graciousum invenire credimus votis nostris.

Cum autem, princeps inclite, ob reverenciam Salvatoris nostri Domini Iesu Christi, quem verum Deum et Dominum reveremur, et gloriose Virginis Matris eius quedam in scriptis capitula comisimus fideli nostro consuli cathalanorum in Alexandria per eundem consulem ex parte nostra vestre Magnitudini referenda. Ideo vestram Serenitatem attentis precibus deprecamur, quatenus relatibus dicti consulis tamquam ab ore nostro prolatis velit super ipsis capitulis fidem indubiam adhibere. Et alias sicut nos sarracenos in nostro dominio

degentes tractare facimus graciose, velitis vos in concedendo nobis ea que petimus adeo ex liberalitate vestra exhibere nobis favorabilem et benignum ut, si in patre vestro favorabilem prerrogativam invenimus, multo magis in filio agnoscamus.

Ex hiis enim votis nostris admodum satisfiet, indeque vestre Serenitati grates uberes referemus.

Datum Barchinose xxiii die Ianuarii anno a nat. Dni m.ccc.lx. primo.

dominus rex mandavit Matheo Adriani.

ACA, Reg. 985, fol. 55.

2

Barrelona, 23 enero 1361.

Pedro el Ceremonioso expone al papa Inocencio VI el fin de la embajada que envía al sultán de Egipto y le recomienda confirme a su tiempo los privilegios que los franciscanos tienen o puedan tener en los Santos Lugares.

Piissime pater: Venientes ad nos frater Andreas de Chesham et frater Johannes de Oftone conventuales ordinis fratrum Minorum Montis Sion civitatis sancte Iherusalem, statum Terre sancte ac Christicolarum ibi degentium angustias et alia que inibi per infideles Sarracenos fiunt non sine grandi Christianorum opprobrio nobis miserabiliter retulerunt. Que siquidem, pater piissime, velut recenter cognita tanto mentem nostram zelo orthodoxe fidei acerbius pupugerunt, quanto loca illa sacratissima ubi salvator noster dominus Jhesus Christus in terris conversando dignatus fuit salutem humani generis misericorditer operari per Sarracenos improbos et Christiane fidei blasfemos vituperabiliter sunt polluta. Nec cuiuscumque catholici credimus cor adeo fore saxeum, quin de tanto christicolarum dedecore et de tanto supervi regis opprobrio debeat condolere. Nam ubi honorificencia christianitatis manat, ubi nomen Christi coli deberet, proh dolor! nomen invocatur et extollitur execrabilis Mahometi.

Nunc autem, pater sanctissime, ob reverentiam illius qui terram ipsam suo preciosissimo sanguine consecravit pro huius (*sic*) miseris quantum in nobis fuerit submovendis et pro obtinendo sepulcro Virginis gloriose in valle Iosaffat per fratres dicti ordinis custodiendo, scribimus per nostras efficaces litteras et etiam, cum se oportunitas exhibuerit, nostram ut citius poterimus solemnem ambaixatam proposuimus soldano Babilonie destinare, quem alias novimus annuisse favorabi-

liter votis nostris, presertim in concedendo nobis loca ipsa sacratissima ubi est sepulcrum Domini in Jherusalem et locus nativitatis Christi in Bethleem que nullus alius catholicus mundi principum potuerat obtinere. Ulterius, pater piissime, cum fratres ipsi agendis per eos nobiscum feliciter et favorabiliter expeditis ad pedes vestre sanctitatis pro explicanda eorum legacione dirigant gressus suos, pro supplicando inter alia quod loca ipsa sanctissimi sepulcri Domini ac nativitatis Christi, que per fratres ipsius conventus Montis Syon tenentur hodie cum magno eorum personarum periculo custodita, necnon locum predictum sepulcri gloriose Virginis quem per ipsam legacionem indubie credimus obtinere: dignetur vestra clemencia eis ad imperpetuum concedere gratiose, ut, si generale passaginum fieret et illustrante Altissimo recuperaretur hereditas Christiana, in prosperitatis tempore non auferentur ab eis que in adversitatis et calamitatis tempore possederunt. Propterea vestre beatitudini humiliter supplicamus, quatenus pro illius obtentu cui fratres ipsi cum magna miseria et oppressione se exhibent in illis partibus servitores, dignetur vestra sanctitas eorum iustas petitiones, presertim in hoc quod multum cordi gerimus, misericorditer exaudire.

Almam personam vestram conservare dignetur altissimus ad sua sancta servicia per tempora prospera et longeva.

Datum Barchinone xxiii Januarii anno a nativitate Domini mcccclx primo. Petrus cancellarius.

Petrus rex Aragonum vester humilis filius et devotus pedum oscula beatorum.

Dominus rex mandavit Matheo Adriani.

ACA, Reg. 985, fol. 55 v.

3

Barcelona, 23 enero 1361.

El rey de Aragón Pedro el Ceremonioso encarga a su cónsul en Alejandría la embajada al sultán de Egipto.

Petrus etc. dilecto nostro consuli cathalanorum in Alexandria, salutem et gratiam. Noveritis quod nos ob devocionem et reverenciam illius, qui pro salute humani generis suum misericorditer voluit dispargere sanguinem preciosum, illustri et magnifico soldano Babylonie scribimus per nostras litteras sub hiis verbis: "Illustrissimo principi..."

Quocirca, cum ad obtinendum predicta vos de cuius industria et

sagacitate confidimus nostrum in hiis elegerimus promoterem, ideo vobis dicimus et mandamus expresse, quatenus, accedendo personaliter ad soldanum predictum, legacionem per nos vobis supra comissa in x. capitula, que vobis super hiis mittimus nostro sigillo munita, sibi ex parte nostra prudenter et sagaciter explicetis, et alias ob reverenciam Salvatoris nostri nostrique honoris intuitu s(c)itis pro obtentu premissorum adeo sollicitus et attentus quod ea, que supra petimus, feliciter assequamur, vobisque de vestra instancia eterne apud Deum retribucionis gloriam et a nobis condigne premium assequi valeatis.

Datum Barchinone xxiii die Ianuarii a nat. Dni. m.ccc.lx. primo.
ACA, Reg. 985, fol. 56.

4

La instrucción dada al cónsul de Alejandria o capítulos de la embajada

Hec sunt capitula ex parte domini regis Aragonum comissa consuli Cathalanorum in Alexandria super legatione seu credencia ei comissa explicanda per eum ex parte ipsius domini regis soldano Babilonie:

In primis facta debita salutacione ex parte dicti domini regis, dictus consul petat et roget instanter ipsum soldanum ut, sicut illustris soldanus pater suus¹ favorabiliter exaudivit alias preces dicti domini regis in concedendo loca illa sacratissima ubi est sepulcrum domini nostri Jhesu Christi in Jherusalem et nativitatis sue in Betleem, ita iste soldanus velit concedere capitula infrascripta:

In primis instanter petat et roget, quatenus ecclesiam illam in qua est sepulcrum gloriose virginis Marie in valle Iasophat (*sic*) in qua nullus habitat, simul cum una cava sibi vicina in qua Christus oravit ubi nunc Sarraceni tenent animalia, sibi placeat dicto domino regi concedere, ut ad honorem eiusdem virginis gloriose ipse dominus rex possit sex fratres Minores ibidem ponere qui ad rogandum Deum pro dicto domino rege et ipso soldano in eodem loco perpetuo possint stare, et quod ex omni parte ecclesie predicte computando a muris ecclesie illius centum pedes de terra quam muris lapideis in circuito murare atque infra muros predictos domos eis necessarias fabricare et hedificare possint, quia in predicta ecclesia fratres non possunt frequenter stare propter aquas pluviales que quandoque ecclesiam predictam replent sic quod nullus in eam potest intrare; item quod in cava suprascripta et in omnibus aliis locis sacris infra clausuram eorum exis-

¹ Al Násir Násir-al-Din Muhammad, 1293-1340 (con algunas interrupciones).

tentibus possint altaria facere super que missas suas celebrare possint; et quod tributum pro introitu ecclesie supradicte eidem soldano solvendum a peregrinis solvatur ad portam sepulcri. Domini, ita quod nullus Sarracenus nec alius quicumque nomine eorum ad portam ecclesie supradicte stet de cetero ad infestandum fratres vel peregrinos pro quoquam alio tributo solvendo nec eosdem in devotione eorum presumat quomodolibet perturbare. Petrus cancellarius².

Secundo quod fratres Minores, qui nichil in hoc mundo possident propter Deum sed solum ex mendicatione et elemosina peregrinorum vivunt, valeant dominium suum sine solutione tributi intrare et in eodem toto dominio suo libere ac pacifice sine solutione cuiuscunque tributi stare ac per totum dominium predictum transitum facere modo supradicto quocienscumque et quandocunque eis placuerit, cum per universum orbem terrarum excepto dominio suo fratres sepedicti liberi sint et exempti ab omni solutione tributi; et quod fratres predicti in dominio suo comorantes vel imposterum moraturi exactionibus indebitis et solutionibus quibuscunque decetero non fatigentur, puta pro ambaxiatoribus suis ad Iherusalem et ad loca illa ubi fratres morantur venientibus seu pro bastonariis vel quibuscunque aliis solutionibus non graventur, cum propter huiusmodi tributa et exactiones vix habeant fratres ad comedendum. Petrus cancellarius.

Tercio cum pater suus illustris olim domino regi predicto concessisset gratiose duo loca sacra videlicet sepulcrum Christi et locum nativitatis Christi et presepii in Betleem in quibus fratres Minores perpetuo stare possent et ea custodirent, petat ab eo instanter quatenus concedere velit eidem domino regi quod quatuor fratres Minores in ecclesia sepulcri Domini perpetuo stare atque custodiam sanctissimi sepulcri predicti semper habere possint, et quod clavem capelle in qua est sepulcrum Christi semper penes se habere possint sive sint peregrini interius sive non: ad celebrandum missas suas et etiam ad accendendum lampades intra capellam predictam ob reverenciam sepulcri, qua nunquam habetur lumen interius nisi quando veniunt peregrini; et quod fratres predicti in die pasche que est dies principalis et specialis festivitas resurrectionis Christi sine aliquo impedimento super sepulcrum dominicum missas suas celebrare libere et omnibus Franchis ibidem sacramenta dare possint, quod modo propter Sarracenos facere nequeunt, quia illi per totum diem predictum locum ipsum occupant nec aliquis frater vel Franchus sine solutione pecunie in eum potest intrare, licet tamen ipsi in introitu ecclesie tributum solvant; et etiam petat quod fratres predicti in eorum domibus quas habent infra ecclesiam sepulcri dominici possint portas et fenestras ac etiam muros et alia ne-

² El arzobispo de Tarragona.

cessaria que in predictis dominus sunt facienda facere, et quod prelati eorum quociensumque sibi expedire videbitur, quando peregrini intrant, fratres de sepulcro accipere possit et alios loco eorum ibidem ponere. Petrus cancellarius.

Quarto petat quod in Bethleem sex fratres Minores possint stare qui soli perpetuam custodiam habeant capelle in qua est locus natiuitatis Christi et presepium eiusdem, sicut pater suus alias dicto domino regi concesserat gratiose; et quod nullus Christianus de la sentura, Armenus, Jacobita, Grecus, Nestorianus, Georgianus vel quivis alius alterius secte dictos fratres impediatur quin missas matutinas vesperas ac alia officia divina celebrare cantare et dicere de die et de nocte possint; et quod nullus predictorum in capella predicta sine licencia speciali fratrum predictorum capellam istam custodiendum petita et obtenta missas suas vel alia officia secundum modum illorum et ritum celebrare vel dicere presumat, quia illi predicti in fide nostra errant et ab ecclesia nostra sunt excommunicati et ideo sine anime periculo in talibus fratres cum eisdem communicare seu participare non possunt. Et quia episcopus Christianorum de la sentura qui Grecus est et sacerdotes eorum omni tempore oblaciones que a Franchis in locis predictis offeruntur recipiunt et a fratribus eas auferunt, ita quod fratres predicti vix oleum pro lumine predictae capelle vel candelas pro missis celebrandis et aliis officiis dicendis habent et sic frequenter capella predicta remanet sine lumine et honore: ideo dominus consulat petat quod Christiani de la sentura nec alius quicumque alterius secte cum Franchis non stent decetero vel sedeant aliquomodo nec recipiant huiusmodi oblaciones in capella predicta, cuius fratres ipsi oleum candelas et alia eis necessaria pro ipsa sacra capella emere habeant ex oblacionibus supradictis. Et quia multe immundicie per homines et mulieres frequenter in eadem capella iacentes nocte et die fiunt, petat ob reverenciam illius sacri loci quod fratres predicti cum seris et clavibus atque aliis clausuris illas tres portas predictae capelle claudere possint, ut deinceps ab omni immundicia et fetore ut decet custodiatur et lampades de ea non auferantur. Item cum fratres predicti ad capellam predictam non possint ire de domibus suis per patrem suum illustrem eis assignatis nisi per magnam ecclesiam sancte Marie supra capellam eandem edificatam quam occupant Christiani de la sentura: petat quod nullus eorum vel alius cuiuscumque status extiterit dictos fratres aliqua modo impediatur quin omni tempore de die et nocte quandocumque eis placuerit per ecclesiam predictam de eorum loco ad capellam supradictam sine aliquo impedimento accedere possint atque in capella illa in pace Deo servire valeant, quod actenus facere non potuerunt. Et ut ista omnia

melius obseruentur, pena magna peccuniaria imponatur eis quam transgressores omnium et singulorum supradictorum habeant sustinere una cum pena corporali addita, quia per multos annos transactos dictos fratres in eadem capella divina celebrantes Sarraceni et Christiani supradicti de la sentura turbabant molestabant immo male et pessime eos verberabant et, nisi remedium de omnibus predictis per ipsum soldanum apponatur oporteret quod fratres predicti loca illa sancta dimittant, sicut alias propter consimilia ad tempus fecerunt. Petrus cancellarius.

Quinto quod fratres Minores in Bethleem comorantes locum illum totum quem inhabitant videlicet claustrum totum superius et inferius cum omnibus domibus suis quas modo occupant, puta cameras illas supra portam claustri supradicti superius et inferius situatas cum cisterna et omnes alias domos predicto claustro coniunctas cum rectorio et illa camera sibi ex parte australi coniuncta, libere et pacifice decetero retinere valeant; et etiam quod claustrum superius murare possint, ita quod Sarraceni et Christiani de la sentura non ascendant ad destruendum locum et etiam ne fratres predictos interficiant, quia frequenter supra claustrum stantes lapides magnos ad capita fratrum proiciunt et multas eis iniurias ibidem faciunt; et etiam quod nullus Sarracenus nec Christiani predicti portam fratrum in Betleem comorantium nec eorum domos alias intrare audeant sine voluntate eorum et beneplacito nec corpora mortua de cetero infra claustrum sepeliant. Petrus cancellarius.

Sexto quod fratres Minores in Monte Syon comorantes possint claustrum eorum perficere et cooperire ita quod tempore pluviarum et tempestatum possint ad ecclesiam eorum ire, et quod ecclesiam eorum inferius possint et exterius claudere, et quod domum illam in qua Spiritus sanctus descendit super apostolos, que pro magna parte cecidit, possint redificare que est in illo loco Montis Syon, ac omnibus aliis locis in toto dominio suo per fratres predictos occupatis in domibus eorum et ecclesiis portas et fenestras necessarias libere facere valeant per quas de domo in domum infra clausuram eorum transire possint, quod modo non audent facere propter timorem Sarracenorum et periculum mortis et magnam solutionem peccunie. Petrus cancellarius.

Septimo quod decetero fratres infirmi de ordine predicto comorantes in Monte Syon, Bethleem, sepulcro dominico seu in ecclesia sancte Marie in valle Iosaphat seu quocumque loco alio infra dominium suum non scribantur, (quod) sed quod rebus omnibus omnium fratrum et singulorum in toto dominio suo decedencium fratres predicti ordinis secundum quod placuerit eis possint disponere et ordi-

nare, et quod Sarraceni vel alius quicumque nomine eorum decetero propter talia fratres predictos quoquomodo vexare non audeat seu presumat. Petrus cancellarius.

Octavo cum fratres non possint missas suas sine vino celebrare, petat instanter quod de cetero vinum libere habere possint et retinere et quod de loco de Beseles ad Montem Syon et Bethleem atque ad omnia loca eorum in Terra sancta sine periculo vel impedimento Sarracenorum seu aliorum quoruncumque vinum predictum semper quando indigebunt possint facere portari occulte vel aperte. Petrus cancellarius.

Nono quia Sarraceni tam de die quam de nocte frequenter loca fratrum predictorum quandoque furtive quandoque aperte et violenter per portas eorum et muros intrant et tunc non solum fratres verberant, sed de locis illis multa auferunt et asportant que fratribus predictis sunt multum necessaria: nam privilegia illa quedam, que per patrem suum ad petitionem dicti domini regis et illustris Roberti regis Sicilie et Sancie regine consortis sue predictis fratribus de sepulcro Domini Montis Syon et Bethleem erant concessa, per tales de locis illis furtive fuerunt ablata et asportata: quam ob rem instanter petat quatenus decetero per Sarracenos seu per alios quoscumque fratribus predictis tales iniurie non fiant, sub pena C florenorum quos transgressores dicto soldano sine remissione habeant solvere pena etiam corporali addita, quas penas predictis transgressoribus ameratus loci illius sub quo fratres morantur infra tres dies debeat infligere et ipsam penam pecuniariam ex parte sua infra certum tempus recipere, et si ameratus ille in predictis vel in aliquo predictorum fuerit negligens ipsam pecuniam dicto soldano infra spatium trium dierum solvere teneatur. Petrus cancellarius.

Decimo instantissime petat et roget quatinus super omnibus istis petitionibus et graciis pro fratribus predictis et capellanis dicti domini regis petitis que iam alias pro maiori parte fuerunt concessa dicto domino regi et illustribus regi et regine Sicilie per illustrem soldanum patrem istius placeat sibi privilegium unum vel plura duplicata concedere in quo omnia et singula supradicta a dicto domino rege petita de verbo ad verbum prout lacius et utilius fieri poterit sint posita et inserta, sic quod unum privilegium penes ipsum dominum regem aliudque penes ipsos fratres remaneat quod fratres possunt ostendere suo casu. Et etiam procuret ipse consul quod privilegia iam alias ut predicatur concessa renoveantur. Petrus cancellarius.

Idem [dominus rex mandavit
Matheo Adriani].